



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

Quaestio 9. A quo possit Inquisitor ab officio remoueri.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

edicto ipsum officium non solum quo ad nego- A  
tia viuete mandatore incepta, immo etiam quo  
ad integrum, & non cooptata; & (quod plus est) quā-  
rum ad ea, quā tunc nequaquam emergerant in  
fauorem fidei, post committeunt obitum perdu-  
xare.

## COMMENT. LVI.

**M**ORTUO PA. **E**X hac questione simul & ex textu quem au-  
pa officiu I, libr. citat, duo colliguntur axioma. Primum  
quisitorū nō est: Inquisitorum officium morte concedentis non  
expirat.

Alterum est: Eorum officium extendi ad negotia  
nōdum cōpta, & de nouo exorta, cum mādator, sci- B  
licet Romanus Pontifex, moritur.

Vtrumque axioma fauore fidei est inductum, et  
maximam habet aequitatem: de quibus agunt com-  
muniter Doctores in e. ne aliqui. lib. 6. ¶  
bie citat Eymericus. & Nicolaus Arelatus tra-  
cta. de hæret. notabili. 4. Ioannes Roias tract. de hæ-  
re. p. 2. num. 436. idem in singularibus fidei, singu-  
214. & 115. incipi. iurisdictio. de cath. in slit. tit.  
34. num. 14.

Verum Geminianus in dicto e. ne aliqui. de hæ-  
ret. li. 6. num. 4. vers. quid si isti inquisitores, tunc  
dicebat more Pontificis non expirare officium in-  
quisitorum, quando immediate à summo Romano C  
Pontifice essent creati; Iesus si à Cardinalibus, Ep-  
iscopis seu Magistris ordinum Generalibus, Pro-  
vincialibus, aut quibusvis alijs: quam sententiā per-  
suadere conatur ex illis verbis in dicto cap. ne ali-  
qui. Ab Apostolica Sede commissum: quasi al-  
liud sit sentiendum, cum ab alijs: quam à Romano  
Pontifice inquisitoribus est officium commissum.  
Sed huius sententia tamquam falsa merito ab alijs  
explosa est: quoniam à quocumque eligantur inquisi-  
tores, semper ab Apostolica Sede habent auctorita-  
tē, ut questione 3. & 6. huius partis apertissime do-  
cuit Eymericus, & alijs à nobis super eis locis cita-  
ti, quod est certo certius: nec debuit hæc ignorasse D  
Geminianus.

**I**OANNIS AND.  
& ARELATANI  
Q. IN Q. REIE-  
CTA.  
**A**d hoc, Nicolaus Arelatus in dicto notabili.  
li. 4. num. 3. fecutus Ioannem And. in dicto e. ne ali-  
qui. de hæret. lib. 6. vers. in glossa 1. in fine primum  
axioma dicebat verum esse, cum inquisitor simplici-  
ter erat datus: securi autem si in privilegio ponere-  
tur huiusmodi clausa: Ad benefacitum Romani  
Pontificis: Nam tunc, inquit, mortuo Papa expira-  
ret inquisitoris officium; cum voluntas Papa dele-  
gantis & concedentis per mortem expirauerit, per  
textum in e. si gratiose de rescriptis lib. 6.

Sed ut verum fatear, hoc etiam in hac causa fal-  
sum est, ut alibi copiose ostendimus. & summa hæc  
est: quocumque modo sit inquisitor constitutus, siue  
ad benefacitum Sedis Apostolicae, siue ad benefac-  
itum Romani Pontificis, non expirat eius officiu  
morte delegatis, donec aut expresse, & nominatim  
fuerit revocatus: aut nisi in litteris creationis con-  
tra iurum caueretur, & hoc propter singularē fidei  
fauorem, ne incidamus in aliquę casum, in quo, aut  
in hereticos nō inquiratur, aut eorum puniri omit-  
tur, seu differatur, neque ab hac sententia puto re-  
cedendū, & ex his remanet declarata hæc questio.

An defuncto prælato instituente In-  
quisitorem, experiet potestas  
Inquisitoris.

**C**TAVIA quæstio est: Vtr̄ defuncto  
promotore, seu aucto Magistro  
Prouinciali, seu Ministro, qui in-  
quisitorē instituit auctoritate Apo-  
stolica, seu etiā Cardinali, vel Le-  
gato, expirat potestas Inq̄sitoris taliter instituti?

Respondemus q̄ non: nā vt dictum est supra  
statim q. 6. talibus fuit data potestas perfonam  
eligiendi, sed non auctoritatem, nec potestatē ali-  
quam, sic electis conferendi: Vnde potestatē ha-  
bent Inquisitores à domino nostro Papa imme-  
diatē, & eius funguntur auctoritatē, non ab alio  
quocumque. Et etiam quoniam si defuncto Ro-  
mano Pontifice, qui Inquisitorem instituit, &  
ei officium cōmisit, non expirat potestas inqui-  
sitoris, vt dictum est statim supra q. 7. & habe-  
tur in e. Ne aliqui. de hæret. li. 6. quanto minus  
expirabit defuncto Magistro, vel Ministro, qui  
auctoritate, non sua, sed Apostolica personā ele-  
git, & nullā electa personā potestatē contulit?

## COMMENT. LVII.

**N**ulla sup hac quæstione occurrit notata digna  
difficultas. rectissime aut̄ argumētatur hoc lo-  
eo Eymericus, quoniam si defuncto Papa, à quo ha-  
bēt auctoritatē, iurisdictionē & potestatē, nō ex-  
pirat inquisitorē potestas, vt dictum est in quæstione pro-  
xime p̄cedēti, multo minus expiravit defuncto pla-  
to, qui solū habebat ministeriū eligēdi seu nominandi.

An aut̄ inquisitor durante officio possit ab inferi-  
iore à Papa promoueri ad alijs aliud officiū sedi-  
gnitatem, quæstio est, nec huius loci, nec nostræ bre-  
vitatatis, vide Lapum allegatione 32. incipien. An  
Frater Minor.

## QUESTIO IX.

A quo possit inquisitor ab offi-  
cio remoueri.

**N**ona quæstio est: Vtrum solus domi-  
nus noster Papa, possit inquisito-  
rem ab officio remouere?

Respondeamus, q̄ dominus noster  
Papa, & et alius a Papa, quia Magi-  
ster Prouincialis, & Minister Generalis, vel Pro-  
vincialis, & Vicarius Prouincialis possūt, auctor-  
itate tamē Apostolica, Inquisitores suorū ordi-  
nū ab officio remouere. Ita habetur in priuile-  
giis ordinis Prædicatorum, quæ incipiunt, Virtu-  
te cōspicuos. & infra dicitur sic: illos vero ipsius  
ordinis Fratres, qui ad prædicandum crucē, vel  
inquirendum contra hæreticam prauitatem, seu  
ad alia huiusmodi negotia sunt, vel fuerint vbi-  
cumq; à sede Apostolica deputati: Tu fili Magi-  
frer, mihi successores tenuere, ac reliquæ,

penit.

penitus transferre, ipsiisq; q; supersedeant iniū-  
gere, aliosque substituere, cum expedire videri-  
tis, liceat, ac libere valeatis: & in eo si contra ve-  
nerint, celuram ecclesiasticam exercere, ac qui-  
libet Prior Prouincialis, vel eius Vicarius eisdē  
ordinis in sua Prouincia, citra Fratres ipsius or-  
dinis, quibus ab eadem sede similia cōtingeret  
in illa committi, facere possit.

## COMMENT. LVII.

**C**erca remouendo Inquisitores tria potissimum  
sunt tractanda. Primum, quis possit eos remo-  
nere, de quo in hac questione differitur: Alterum,  
quibus ex causis possint remoueri, quo tractatur q.  
10. & 12. Ultimum est, quis possit removere Inqui-  
sitoris Commissarios seu Vicarios, de quo agitur q.  
17. De duobus postremis suis locis dicetur: nūc de  
primo videamus.

Optimo consilio hec tractat Eymericus: nam cū  
remouere Inquisitorem a tanto officio, et dignitate  
sit valde odiosum, iure dubitatur a quo possit remo-  
neri. & plane nisi auctoritate Pontificia cautum es-  
set, vt Magistri Generales, & Prouinciales, aut  
alij quibus id ius datum est, possent eos remouere,  
solus u. Papa facere posset.

Quantum vero attinet ad hoc privilegium, quod  
hoc loco citat Eymericus, cuius initium est: Virtu-  
te conspicuus: id nobis nondum contingit videre,  
ne circunfertur in impressis ordinis Fratrum Pre-  
dicatorum privilegii: sunt tamen alias que nos vi-  
dimus in inquisitione Bononiensi eiusdem roboris  
Innocentij IIII. quod incipit: Licet ex omnibus.  
ptē aliud eiusdem, quod incipit: Odore suau. Quod  
etiam ipsum cōtinetur in privilegiis Clemētis IIII.  
& Alexandri IIII. missis ad Magistrum Prouin-  
cialē ordinis Minorū, quae habuimus ex bibliothē-  
ca Illustrissimi Felicis † Peretti Cardinalis de Mō-  
te alto. quo loco in eo rescripto quod incipit, Licet  
ex omnibus. hec sunt verba: Si vero quemquam  
corundem Inquisitorū, ex caula videris aliquan-  
do amouendum, alium illo amoto substiuas pari  
potestate functurū, quoties id faciēdū, delibera-  
tione cū discretis Fratrib; prēhabita, tibi vel Vi-  
cario tuo te absente, visū fierit expedire. hec ibi.  
ceterorū rescriptorū de hac re eadē cī sententia.

Atq; hec quidem ante Eymericit tempora, post  
Eymericum vero annis ferme cētum, Sixtus IIII.  
anno Domini MCCCLXIX. idē renouavit in bul-  
la aurea incipiente: Sane Predicatorum, & Mi-  
norū. §. & si in aliquo que habetur in libro pri-  
uilegiorum ordinis Predicotorum fol. 163. pag. 2.

Propterea autem, vt credo, his prælati data est  
facultas remouendi Inquisitores: quoniam facilius  
ipsi intelligunt quando remouere expediat, cū suos  
quisque cognoscant Fratres, & cuiusque notas ha-  
beat vires, & an sufficiant ad tantum officiū exer-  
cendum: hac enim non tam facile intelligeret supre-  
mus Pontifex. verum non temere ac pro libero vo-  
luntatis arbitrio remouere possint Inquisitores, sed  
ex causa, vt paulo post aperiam.

Hodie nullae sunt horum prælatorum partes in  
remouendis Inquisitoribus, nam Reuerendiss. Domini  
ni Cardinales Inquisitores Generales in universa  
repub. Christiana, ex causa, re mature cognita (vt

A decet) Inquisitores remouent, mutant, ac de uno,  
cum expediri, ad alium locum transferunt. ncl. 1.  
fol. 596. cor. 12. fcc.

## QVÆSTIO X.

An Inquisitores ex meta prælato-  
rum suorum voluntate remo-  
ueri putant.

**D** Ecima questio est: Vtrum præiden-  
tes ordinum Prædicatorum, & Mi-  
norum possint Inquisitores suorū  
ordinum ab officio remouere vol-  
luntate libera absq; causa legitima  
atque iusta?

Respondemus, q; non mera & libera volun-  
tate, sed exigente causa rationabili, legitima, at-  
que iusta. Ita habetur supra quest. proxima, in  
clausula priuilegiorum prædicatorum ordinis al-  
legata, vbi dicitur sic: Tu fili Magister, tuq; suc-  
cessores remouere, ac reuocare, penitusq; trans-  
ferre, ipsiisque quod supersedeat inungere, alios  
que substituere, cū expedire videritis, liceat & li-  
berè valeatis. In hoc, quod dicit: cum expedire  
videritis: iudicium dicit & iustitiam, & non vo-  
luntatem merā. Et in e. Nolentes de hære. in Cle-  
men. loquendo de Inquisitoribus & Commissa-  
riis pecunias extorquentib; committitur prælati  
eorum, & dicitur sic: Qui equidem prælati In-  
quisitores & Commissarios prædictos, reos inde  
repertos, ab officijs amouere, & amotos alia p-  
nire debite, seu corrigerē teneantur. Videant ra-  
mē prælati glo. Ioannis And. Pauli, & Gézelli-  
ni, quid est pecunias extorquere: nam pēnas pe-  
cuniarias applicandas officio non prohibet, sed  
illicitas exactions, vt videbitur infra quest. 104.

Relat. supra  
pag. 113.

De penis pe-  
cuniariis.

**D** Nunc prosequitur secundum caput, eorum trū,  
que superiori quest. circa remouendo Inquisi-  
tores diximus esse consideranda.

Secundum autem caput est: ex quibus causis pos-  
sint Inquisitores remoueri: & in hac questione Eym-  
ericus solum in genere docet non posse remoueri  
Inquisitores, nisi ex causa iusta, rationabili, sed le-  
gitima: quod apertissime indicant verba rescripti à  
nobis citati in superiori commentario.

Quæ autem sint causa legitima, & rationi con-  
sentaneæ ad remouendos Inquisitores, explicabitur  
à nobis infra super q. 12. Eymericus vero subtiliter  
hoc loco ex illius rescripti à se citati verbis, cu ex-  
pedire videris: docet causas has iustas, & aquas  
esse debere: nam hec verba: cum expedire, equita-  
tem, & virilitatem continent. c. non solum, de re-  
gula, lib. 6. notat. Archidiaconus in cap. cum expedi-  
at. de electio. li. 6. tradit Albericus in l. 1. S. 1. ff.  
de aqua quotidiana & astina.

Rursus hec verba: cum vitum fuerit expedi-  
re: important arbitriū boni viri, vt pulchre tradit  
Decius consil. 493. nu. 17. vt vel hinc colligas, quā  
verē, & secundum legum decreta Eymericus sem-  
per loquatur.

Hanc.